

FIGURÆ referenda ad pag. 163.

ICON I.

- ABCD. Cylindrus cavus de lamina ferri lamellati, utrimque apertus, qui focus machinæ.
BD. Inferior ejus apertura, qua patet in alium cylindrum, per craticulam.
EFG. Cylindrus cavus de lamina ferri lamellati, inflexus ad F, clausus ad E, apertus ad BD, ubi craticula, & ad G, ubi fumus invisibilis exit.

ICON II. ad pag. 163. 164. referenda.

- ABCDEF. Parallelipipedum cavum. Apertum ad ABCD. ubi ad ILKM focus.
ILKM. Craticula foci, cui materies imponitur combustilis.
EM. Locus, sub craticula foci, in quem flamma, fumusque, deprimitur, simulac tubus OGH acriter incaluit.
NO. Apertura, hic quadrata, quæ & elliptica potest fieri, ut in textu. Si quadrata, tum fumitur paulo angustior quam longitudo KM. Si elliptica, tum fumitur eadem latitudine diameter.
NOGH. Tubus cavus ex eodem ferro, parallelipipedæus, aut elliptico-cylindricus, ut in textu. Apertus sub craticula ad NO & ad H in aërem.

ICON III. ad pag. 172. referenda.

- ABC. Est receptaculum vitreum maximum, quod potui comparare, in C. patens.
AB. Fundus infimus ingentis hujus cucurbitæ, in orbem excissus, hinc apertus.
D. Cylindrus æneus, in quo liquor accensus dat flammam H sub campana coërcitam.
E, F, G. Laterculi tres, quibus imponitur margo inferior ampulæ ut aër inferius admitti libere queat intra campanam.

ICON IV. ad pag. 175.

- ABC. Vas vitreum, ut prius.
E. Testa in qua pruna ardens.
D. Scutella ænea, pollicem alta, in qua alcohol ardet: testa prunæ imposita.
F, G, I. Laterculi, quibus ampullæ limbus inferior imponitur.
H. Flamma alcoholis in scutella incensi sub ampullæ.